



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum excommunicatus, vel suspensus possit alium excommunicare? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

etiam non sacerdotes, dummodo iurisdictionem habeant in foro contentioso, possunt excommunicare.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis non habeant clauem ordinis, habent tamen clauem iurisdictionis.

Ad secundum dicendum, quod ista duo se habent sicut excedentia & excessa. Et ideo alicui competit vnum, cui non competit aliud.

ARTIC. III.

Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare?

87

AD tertium sic proceditur. Videlur, quod excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare. Ille enim qui est excommunicatus vel suspensus, neque ordinem, neque iurisdictionem amittit: quia neque reordinatur cum absoluitur, neque cura iterum ei committitur. Sed excommunicatione non requirit nisi ordinem vel iurisdictionem. Ergo etiam excommunicatus vel suspensus excommunicare potest.

¶ 2 Præterea, Maius est confidere corpus Christi, quam excommunicare. Sed excommunicati co-

† Tho. 4 d. 13. q. 1 **ſicere** possunt †. Ergo & excommunicare possunt.

or. 1. q. 3. SED contra, Ligatus corporaliter, non potest ali-

or. 3. p. 4. ligare. Sed vinculum spirituale est fortius, quam

C. 3. p. 4. corporale. Ergo excommunicatus non potest alium

82. ar. 7. excommunicare: cum excommunicatio sit vinculum

24. q. 1. spirituale.

RESPONDEO dicendum, quod usus iurisdictionis est in comparatione ad alium hominem: & id est cum omnis excommunicatus à communione fidellorum separetur, quilibet excommunicatus usus iurisdictionis priuat: & quia excommunicatio est iurisdictionis, id est excommunicatus excommunicare non potest: & eadem ratio est de suspenso à iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea quae sunt ordinis; sed potest ea quae sunt iurisdictionis: & è contra, si sit suspensus à iurisdictione.

ione, & non ab ordine : si autem ab utroque , tunc neutrum potest.

Ad primum ergo dicendum, quod quavis non amittit tamē iurisdictionis usum. *hanc o-
tari iurisdictionem, amittit tamē iurisdictionis usum. bieft. cū
Ad secundum dicendum, quod confidere consequi- solut.ha-
tur potest characteris, qui indelebilis est: & ideo bes 24. q.
homo, ex quo characterem ordinis habet, semper I. c. 36.
potest confidere, licet non semper ei liceat. Secus
autem de excommunicatione, quæ iurisdictionem
sequitur, quæ auferri potest & ligari.

ARTIC. IV.

Vtrum aliquis possit seipsum, vel aqualem, vel
superiorem excommunicare?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod aliquis 88
A posset seipsum, vel aqualem, vel superiorem ex- Tho. vbi
communicare. Quia angelus Dei maior erat Paulo, supra ar.
Marchi undecimo, Qui minor est in regno celorum, 3. q. 1. &
major est illo, quo nemo inter natos mulierum ma- seq.
ior. Sed Paulus excommunicauit angelum de celo,
ut patet Galat. I. Ergo homo potest superiorem ex-
communicare.

¶ 2 Præterea, Sacerdos aliquando excommunicat
in generali pro furto, vel pro aliquo huiusmodi. Sed
potest contingere, quod ipsem fecit, vel superior,
aut equalis. Ergo aliquis potest se, vel aqualem, vel
superiorem excommunicare.

¶ 3 Præterea, Aliquis potest superiorem absolu-
tere in foro pœnentiali, vel aqualem: sicut cum
Episcopi suis subditis confitentur, & cum vnuus sacer-
dos alteri venialia confitetur. Ergo videtur, quod
etiam excommunicare aliquis superiorem vel aqua-
lem possit.

SED contra, Excōicatio est actus iurisdictionis.
Sed aliquis non habet in se iurisdictionem, quia in-
eadem causa non potest quis esse iudex & reus: nec
hunc superiorem aut aqualem. Ergo non potest ali-
quis superiorem, vel aqualem, aut se excōunicare.
RESPONDEO dicendū, quod cum per iurisdictionem